



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 66. Theologorum Conventus Oeniponti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Verum Cardinalis Mantuanus hoc negotium in se fuscipere recufabat, five ex eo, quod infirma valetudine indies aucta graviter premeretur, five in Cæfaris aula absque apparatu suæ dignitati congruo comparere nollet, cum tamen ejusmodi ornatus decenter parandus præter longioris temporis moram ingentes quoque sumptus exigeret: itaque suam ad hoc iter repugnantiam demisse insinuabat, demonstrans, quod juxta relationem a Commendano factam vix non certum esset, ejusmodi legationem supervacaneam fore, ac fors Romanæ Curiaë juribus plus obfuturam, quam profuturam.

§. LXVI.

Theologorum conventus Oeniponti.

Interea

Tridentino Concilio tam ardentem verbotenus urgebant, controversias considerat, cæcus sit oportet, si non clare perspicit, ab illis reformationem unice fuisse exoptatam, ut depressa Pontificis auctoritate jugum obedientiaë excutere, privatas Basileensium opiniones firmare, omnem, ac independentem auctoritatem Episcopis suis vindicare, atque illam successive in Principes transferre possent: Si vero hæc omnia impetrassent, certe Religio horrendis abusibus fuisset dehonestata.

Interea Lotharingius Cardinalis die decima sexta Februarii Oenipontum venit, ibidem comiter, ac magnifice exceptus, cunctis eidem honorem deferre certantibus: porro dum ille ibidem morabatur, habitus est in hac urbe Theologorum congressus, cui post Quinque-ecclesiensem Episcopum, qui primam Sedem occupabat, præerant Canisius, & Fridericus Stafilus, qui Romanorum Regis uxori a confessionibus erat. Proponebantur ibi Theologis varii articuli, quos Gratianus ad Commendatum Oeniponti permanentem, cui a secretis erat, transmisit, prout idem Canisius ad Patrem Lainesium Societatis Præpositum, qui Tridenti agebat, perscripserat: ceterum hi articuli numero duodecim his verbis unacum Canisii responsis erant concepti.

Sæcul. XVI
A.C. 1563.

Pall. t. 4. n. 47

§. LXVII.

Articuli de Concilio a Cæsare Theologorum iudicio subiecti.

I. *An Cæsari laborandum sit pro continuatione Concilii; anve ejus abruptio, aut suspensio permittenda.* Respondit Canisius, nihil esse Cæsari convenientius, quam ut omni studio continuandum curet Concilium.

Pall t. 4. n. 48
Sarpus
p. 375.

II. *Ubi in articulo superiori prima pars eligeretur: num per minas, & cujus*